



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

Janvarivs Cum Soc. Martyribvs. 19. Septembris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62968)

humanam quæras, paratam tibi à Deo mercedem non accipies. Domine! ut aliquatenus misericordiam tuam imiter, pro tenuitate meâ aliorum miseriis subveniam.

2. Deus misericors est adversus amicos suos, quos ab æternitate prædestinavit; ejus beneficio illis omnia cooperantur in bonum: Et si quandoq; leviter peccant, eos à se non repellit. Imò gratis quasi stimulis urget, ut his vinculis se se expediant. An es amicus Dei? interroga conscientiam tuam; labora ut hanc amicitiam tibi concilies: Amari à Deo nihil facilius. *Vide* (inquit S. Chrysostr.) *si labor est, ubi velle satis est.*

3. Deus non minori misericordiâ complectitur peccatores, quos sanguine suo redemit, nullum est peccatum, quantum quantum sit, quod ipsis non sit condonaturus, modo pœnitentiam agant expectat, urget, gratis prævenit. Amantissime Deus! quanta est tua misericordia! hanc autem *noli contemnere Dei misericordiam, si non vis sentire justitiam.* Bern.

JANVARIUS Cum SOC.  
MARTYRIBVS.

19. Septembris.

*Nescio vos unde sitis, discedite à me omnes operarii iniquitatis.  
Ibi erit fletus & stridor dentium.*

Luc. cap. 13.

N

Vidit



**V**ldit JANUARIUS Beneventanus Pont  
 flammam caelo lapsam caput Sosij Dia  
 conis lambere. Eo prodigio excitatus occurrit  
 Sositiumque osculis & amplexu impertitum  
 Martyrem salutavit, Martyr etiam ipse futu  
 rus. Etenim ad Annum Christi CCC XLV  
 à Timotheo in furnum tertio jam die succen  
 sum coniectus est. Nimirum qui puerorum  
 olim inter flammam modulos mirati sunt, ma  
 gis nunc inter easdem senem Cygnum JA  
 NUARIUM obstupuisse, cui, ut omnibus  
 numeris suis constaret Musica, voces ipsius  
 Angeli junxerunt. Innoxium itaque ex equi  
 leo suspendi Tyrannus imperat. Sed velo  
 mnibus laceratis nervis fortis tamen paruit.  
 Jam cum victorem victus ante currum Pu  
 teolos egisset, bravium scilicet speravit JA  
 NUARIUS. A cursu ad carceres reductus fami  
 liarem suum illic Sositium reperit. Mox ad be  
 stias damnatus virtute sua omnes cicuravit,  
 praeter procons. qui cum capitis sententiam  
 in Divum pronunciaisset, oculis repente or  
 batus tunc demum errorem suum vidit, jam  
 que propitium Numen sibi à JANUARIO ora  
 vit. Sed diceres omnem, quam bestia posue  
 rant feritatem, in unum judicem coisse. Vix  
 enim JANUARIUS lumen ingrato reddidit,  
 cum



cum hic gladio illi abstulit. Aspexere tamen fidei lucem; quam videns videre respuit Timotheus, quinque millia hominum. *Ex Baron.*

MEDITATIO.

*Triplicis inferni consideratio.*

1. **S** Januario illæso redeunte ex furno ardente, *Victor* *descende in infernum*, ut Salvus evadas in æternū. In inferno sunt omnia omnino mala, nullo vel minimo bono temperata. Obversentur animo tuo omnia Martyrum supplicia, omnesque dolores, quibus ægroti quilibet cruciantur, & ubi hæc cogitando perceperis, dic sine erroris metu. Nihil sunt ad infernum, qui est, *Ignis arcani subterraneus ad pœnam thesaurus.* Tertull.

2. Finge tibi animo incolas inferni; vide quàm horrendis modis crucientur; audi querelas, ejulatus, blasphemias: odorare Pædorem & fætores æterni hujus carceris; gusta fel, quo sitis eorum accenditur; ignes experire, quibus concremantur: Heu! fortè propter brevissimam voluptatem his ignibus æternis addicti sunt. *Momentaneum quod delectat, æternum quod cruciat.*

3. Memoria damnatorum cruciabitur recordatione tum voluptatum, quibus ad dolores pervenerunt, tum temporis, quod malè consumpserunt. Tunc demum capiet eorum intellectus amissi boni præstantiam, & inflictæ mali gravitatem: eorum verò voluntas malum pertinaciter complectetur: Tunc eos peccasse pœnitebit, sed erit intempestiva eorum pœnitentia,



rentia, Tardè nobis displicebimus in conspectu ignis inferni,  
qui interrogabit ossa, & medullas, & cogitationes nostras.  
Euf. Emiss.

## S. EUSTACHIUS Mart.

20. Septembris.

*Gaudete in Domino semper, iterum  
dico gaudete.*

**E**USTACHIUS olim Placidus (cujus ve-  
nomen Romani Imperii hostes debella-  
bat) dum feras sectatur, Christum inter Cer-  
vi cornua conspicuum habet, domumque  
nobile venationis spoliū Fidem portat. Ab  
eo tempore etiam Christiani Jobum suum ha-  
huerunt. Nam opes & familiam everfam mi-  
to. Ab exilio exordior. In hoc conjugem  
impurus nauta sub oculis avehit, mox ipsos  
oculos (filios geminos) illum quidem leo,  
hunc lupus rapit. Jam ille tantorum nuper  
exercituum Imper. pecoris fit Dictator, clas-  
sicum bubus canit, dux oves præit, baculo  
in lupos pugnat. Sed proditus demum à cica-  
trice, ad Trajanum iterum, ad exercitum  
ab aratro abducitur. Et vide mihi sis fortuna  
ludum. Merent sub illo Agapius & Theopi-  
stus, quos dentibus ferarum Opiliones olim  
excusserant, ipsissimi filii EUSTACHII; hi dum  
alter